reservatis et ipsi Jarzynina reservandis intra decursum Denum Septimanas sibi accuperandis.

G. Mniszewski et Oborski ac Jarzyny Coniugum Interciza Aprobatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransen. personaliter comparens Generosa Anna Oborska filia olim Gnosi Hieronimi Oborski ad praesens consors legitima Gnosi Vladislai Jarzyna cum eiusdem Mariti sui personali assistentia et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia ipsa Inhaerendo intercisae certae inter Generosos Bernardum Mniszewski et Jacobum Oborski ab una et Gnosum Vladislaum Jarzyna maritum suum ac se recognoscentem partibus ex alia Ratione certarum rerum et conditionum de data in Dolobowo Feria sexta Februarii anno praesenti confectae Manibus Gnosorum Bernardi Mniszewski Jacobi Oborski et Mariti sui nomine suo ac certorum amicorum subscriptae et Vadio Decem Millium Florenorum Polonicorum firmatae ac Coram actis Castren Drohicien. per ipsos Gnosos Mniszewski Oborski ac Maritum suum nomine suo et sui recognoscentis roboratae eundemque Maritum suum ab Onere submissionis eundem Contractum et eius roborationem tam in toto quam in quavis Minima parte approbat confirmat ratificat Eamque intercisam et eius contenta de Omnibus bonis suis Mobilibus et immobilibus Summisque pecuniariis se quovis modo concernentibus tenere adimplere et inviolabiliter observare se submittit ac inscribit cum successoribus suis sub Vadio Decem Millium Florenorum Polonicorum in defectu alicuius Conditionis per se expletae adsolvendum irremissibiliter succumbendo. Et Coram quovis Judicio et Officio Regni cuiuslibet Pallatinatus Terrae et Districtus in primo Citationis Termino peremptoria responsione ac satisfactione Omnibus Controversiis exceptionibus allegationibus evasionibus infirmitatibus dilationibus quibusvis Motionibus appellationibus ac earum prosequutionibus aliisque in Universum iuris remediis et defensis legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se a suis successoribus abscindendo et abrenunciando sub amissione suae totius et integrae causae.

G. Mniszewski Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransen. personaliter comparens Generosa Anna Oborska filia olim Gnosi Hieronimi ad praesens Consors Gnosi Vladislai Jarzyna cum eiusdem Mariti sui tum tutoris circumualis personali assistentia et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia ipsa a Gnoso Bernardo

Mniszewski Cricino suo et possore bonorum Dolobow ad rationem dotis se de eisdem bonis Dolobow spectan summam Duorum Millium Floren Po- lon manualiter leuauit et accepit respectu cuius receptionis Eidem Gnoso Bernardo Mniszewsky et in casu mortis illius Eius Successoribus summam praefatam Duorum Millium Floren Polon ad rationem dotis realiter receptam in eisdem bonis Dolobow et summam dotis se ex eisdem bonis spectan modo certi veri et liquidi debiti circa leuationem totalis sum- mae dotis inscribit et assecurat eandemq de eisdem bonis cum successoribus suis soluere seu in dotem computare se submittit ac inscribit sub Vadio simile aliorum Duorum Millium Floren Polon in defectu solutionis [illegible] soluendum succumbendo. Et Coram quouis Iudicio et Officiis Regni cuiusli- bet Palatinatus Terrae et Districtus in primo Citationis Termino peremptoria responsione ac satisfactione Omnibus controuersiis exceptionibus allegationibus euasionibus infirmitatibus dilationibus quibusuis Motionibus appellationibus ac earum prosequutionibus aliisq in Vniuersum iuris remediis et defensis legalibusq impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores Cariti abscribendo et abrenunciando sub amissione sui et suorum successo- rum totius et integrae causae.

C. Mniszewski et Oborski Roboratio

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Cracoviensibus perso- naliter comparentes Generosi Vladislaus Jarzyna et Anna Obor- ska Coniuges ipsa quidem Gnosa Anna Oborska cum eiusdem Mariti sui ibi tutoris Coniugalis personali astan et consensu praesentaneo sani men- tibus et corporibus existentes palam publice ac libere verbis per expressis recognouerunt et quilibet eorum suo interesse recognouit. Quia ipsi reco- gnitionem certam in rem et personam Gnosorum Bernardi Mniszewsky et Jacobi Oborsky ratione certarum Conditionum de data die hiber- na in Branowo confectam Manu sui recognoscen Generosi Vladislai Jarzyna Nomine suo et coniugis suae subscriptam et Vadio ibidem expressato firmatam in Omnibus eiusdem recognitionis punctis clau- sulis articulis et conditionibus approbant confirmant et ratificant Eaq Omnia in praefata recognitione expressata tam in toto quam in quauis mini- ma parte eidem ipsi recognoscen tenere et adimplere se de Omnibus bonis cum successoribus suis submittunt ac inscribunt sub Vadio ibidem expresso. Et Coram Quouis Iudicio seu Officio Regni cuius- libet Pallatinatus Terrae et Districtus in primo Citationis Termino perempto- ria responsione ac satisfactione Omnibus in Vniuersum iuris remediis et defensis legalibusq impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores Cariti abscribendo et abrenunciando.